



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

17. Aprilis. Cave cujusquam factum criminis damnare, spectanda mens est proximi, quæ sæpe proba est, & innocens, licèt exterior facti species deterior videatur. S. Ignat. apud Bart. l. 4. f. 387.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



aliàs dum minuere vult , numerum facile  
augebit scelestorum.

Nisi passiones in fræno habeas , cave  
præcipitium, quo malorum , inter quos  
agis, exemplum invitat , quò natura im-  
pellit. Facilis est descensus averni.

## 17. Aprilis.

*Cave cujusquam factum criminis damnare;  
spectanda mens est proximi, qua sæpe pro-  
ba est, & innocens, licet exterior facti spe-  
cies deterior videatur. S. Ignat. apud  
Bart. l. 4. f. 387.*

**N**oli à sensibus mutuare sententiam si  
nolis errare. Testimonium horum  
falsum est. Cautè pariter fide cogitatui tuo,  
cautiùs relationi alienæ. Sed ut in nocte,  
ne impingamus, auxiliari lumine cavemus;  
ita in alienis, quod certum non vides, non  
judica.

Malè de aliis judicare, est malitiam suam  
prodere. Araneus est, qui venenum haurit  
è flore, unde apis mel suxisset. Stomachus  
corruptus omnia in bilem convertit.

Dominus est, qui judicat. Cur te misces  
ejus officio ? ille scrutator est renum , &  
ponderator cogitationum , nos vix ultra  
spi-



spitamam, nec nisi rerum corticem videmus, & tamen Orbis Judices fimus, In tot errores.

Magna illa dies aperiet, quam friv fuerint nostra de aliis judicia. Multi sancti occulti, qui nihil eximium prod foris, tantò majores coram Deo, quam studiosiùs bene gesta coram hominibus lare studuerunt.

18. Aprilis.

*Non cuique utiliùs est, quod per se est optimum; sed quid presentibus rerum convenientium momentis cuique maxime ducat, observandum. S. Ignat. vitæ l.*

**N** Ec cibus, licet optimus, omni macho, nec medicina, estò pretiosissima, cuique ægritudini aptè convenit, etiam in bonis vigili opus est indagine, error evitetur.

Si semper bona voluntas comitem haberet perspicacem, & ad omnes circumstantias vigilem intellectum, rarior in bonorum electione occurreret error, nunc frequentissimus est. Nulla virtus virtus sine prudentia.

Etiam in rebus optimis alieno utend